.. eleg. m.
L. eleg. m.
485
p

P. eleg. m.
485 p
Lang

<36619817530015

<36619817530015 S

Bayer. Staatsbibliothek

Köhl 58.

Sammlung
sämmtlicher,
noch vorhandener Epitaphien
für
die Stifts- und Hospital-Kirche
zu
Tübingen.

Zum Druk befördert
von
M. J. A. F. Lenz,
aus Tübingen
auf Kosten
des dasigen Stifts-Meßners
Johann Friedrich Kümmerle.

Olim meminisse juvabit.

Tübingen
gedrukt mit Fuesischen Schriften.
1796.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Vorbericht.

Im Jahr 1790. gab der Stifts-Mößner zu Tübingen, Johann Friedrich Kümmerle, auf Veranlassung angesehener Personen einen kurzen Auszug von denjenigen Grabschriften und Denkmälern heraus, die in- und ausserhalb der Stifts- oder St. Georgen, wie auch in der Hospital- oder St. Jacobs-Kirche daselbst befindlich sind. So unvollständig dieser Auszug war, da er nur die Nahmen und das Todes-Jahr mit ganz kurzen Personalien berührte; so wurde er doch vom Publicum mit vielem Beifall aufgenommen. Diese angenehme Erfahrung erregte in ihm den Wunsch, nach eingeholter Genehmigung der verEhrungswürdigsten Vorsteher dieser beeden Kirchen, die völlige Innschriften dieser Denkmäler auf seine Kosten zum Druk zu befördern, und dadurch seinem vorhergegangenen kurzen Auszug die auch von vielen andern gewünschte Vollständigkeit zu geben. Diesen Wunsch äusserte er vor einiger Zeit mir, und ich ließ mich zur Erfüllung desselben bei aller vorhergesehenen Mühe sogleich um so williger finden, als ich nicht nur dadurch Gelegenheit bekam, das seegensvolle Angedenken mancher Preiswürdigsten Regenten Wirtembergs und Ihrer hohen Agnaten, deren

Asche

Asche die dasige Gruft aufbewahrt, — und anderer wichtiger, um Kirche, Hohe Schule und Staat bestverdienter Männer, die theils in- und ausserhalb der beeden Kirchen ihre Grabes-Ruhe, theils aber auch nur durch eingegrabene oder aufgehängte Denkmäler die Unsterblichkeit ihres Nahmens gefunden haben, — zu erneuren, und manchem Alterthums-Liebhaber einen angenehmen Zeitvertreib zu verschaffen, — sondern als ich auch dadurch in den Stand gesezt wurde, einem meiner VorEltern ein Denkmal der wohlverdienten Hochachtung und Dankbarkeit zu stiften.

Sie folgen in 2 Classen, davon

die 1ste die Epitaphien der Fürstlichen Personen, die im Chor befindlich sind, in chronologischer Ordnung, und

die 2te alle übrige in alphabetischer Ordnung enthält. Diejenige, die ausser der Kirche stehen, sind mit †, und wo Undeutlichkeiten vorwalten, mit * bezeichnet.

Ich empfehle diese Sammlung im Nahmen des Verlegers zu geneigter Aufnahme, und wünsche jedem Leser, daß auch an ihm das angenehme Wort der Schrift wahr werden möge: Das Gedächtniß des Gerechten bleibet im Seegen.

Tübingen
den 15. Jänner 1796.

M. Johann August Ferdinand
Lenz.

I. Die Epitaphien der Stiftskirche

und zwar

A. der **Fürstlichen** Personen,

die in der Grufft beigesezt sind
in chronologischer Ordnung.

Auf den Steinen sind ausgehauene Bilder zu ersehen;
Es sind deren vier Reyhen, die wir vom
Eingang an hinunter zählen.

1.

Im 3ten Reyhen.

Anno D. MCCCCLIIII. Illustriss. familiae Würtembergensis Comes, LUDOVICUS SENIOR, IX. Kalend. Octobris mortuus, & in aede beatae Virginis ad bonum lapidem Sepultus, ab eodem Principe Christophoro officiosae pietatis ergo, Tubingam hûc traductus est. Ludovicus Senior

---

2.

Im 3ten Reyhen neben diesem:

Eâdem pietate & ratione huc quoque tralata est, D. MECHTILDIS, Palatina Rheni ac Bavariae Dux: clariss. Ludovici Senioris Conjunx suavissima, quae licet post Alberto Austriaco nupsisset, defuncta tamen Haydelbergae Anno MCCCCLXXXII. Kln. XI. Octob. evidentiss. Synceri amoris argumento illic cum priore marito, & eodem hic simul conditorio reponi placuit. Mechtildis, Ludovici Senioris conjux

---

3.

Im 4ten Reyhen.

Um den Stein.

Eberhardus Barbatus. Illuſtriſſimus pietate & prudentiâ Princeps, EBERHARDUS BARBATUS, I. Dux Würtemb. & Teckh, Montisque Peligardi Comes, hujus Scholae Fundator. Obiit Kalend. Mart. Ann. MCCCCXCVI.

An der Mauer iſt zu ſeinen Füſſen eine kupferne Tafel; Mitten darinnen iſt ein Palmbaum, in dem geſchrieben ſtehet Attempto. Unten ſind die Würtembergiſche Wappen, und um die Tafel herum iſt folgendes zu leſen.

Illuſtriſſimus, & tam Sapientia, quam honeſtate Vitae excelſus Princeps, Eberhardus, Dei gratia primus Dux Würtembergenſis & de Deckh, ac Comes Montis Peligardi, fundator hujus Scholae, obiit in Die S. Matthiae Apoſtoli. An. Dom. MCCCCXCVI.

4.

Im 3ten Reyhen.

Um den Stein.

Anna, Ulrici Filia. Illuſtriſſ. Principi ac Dominae Dom. ANNAE, Duci Würtemb. Ducis Udalrici &c. Filiae dulciſſ. quam benigna Dei manus ex iſta fragili & caduca rerum humanarum conditione, ne diutius calamitoſis & tumeſcentibus aerumnarum procellis miſera quateretur, adoleſcentulam tenerr. atque adeo in ipſo blandiſſ. intemeratae Virginitatis ejus flore An. Dn. MDXXX. Menſ.

Ju-

Junii XXIX. aetatis ejus vero XVII. feliciter eripuit; huic, inquam, in hunc locum amoeniſſ. ubi jam Carthuſianorum latibula Auraci, cum illic An. XXIIII. ſepulta jacuiſſet collaberentur, traductae Illuſtriſſ. Dom. Chriſtophorus, Dux Würtemberg. clementiſſ. unicae Sorori ſuae dilectiſſ. ad perpetuam memoriam hic erigi voluit An. Dn. MDLIIII.

5.

Im 4ten Reyhen.

Um den Stein:

Principis ULRICI potuiſti tollere corpus invida mors: animam tollere nulla potes. Ulricus.
Scilicet hoc ſolo fuerat mortalis, at idem parte tamen vivit nobiliore Sui.

Auf einer metallenen Tafel an der Wand.

V. D. M. I. Æ.
D. O. M. S.

Illuſtriſſ. Princeps HULDERICUS, Dux á Würtemberg & Teckh, Montisque Peligardi Comes, dum inter mortales fuit, variis fortunæ procellis agitatus & patria ſua deſtitutus, exilium XV. Annos conſtanter tulit, quâ tandem recuperatâ Sacroſanctum Chriſti Evangelium ſyncere praedicari curavit, idololatriam comminuit, potentiam Anti-Chriſti debilitavit, laudabilem Urbis hujus inclytae Scholam reſtituit, doctis Profeſſoribus, juſtis ſalariis & ſtipendiis, avitos ſecutus mores, illuſtravit, Rempublicam pru-

dentia non vulgari, ficque fatis feliciter administravit, cujus gubernacula inter tot quoque gravissimos adversariorum insultus ad extremum usque vitae suae halitum fortiter retinuit; Tandem Deo Opt. Max. finem ærumnis dante Spiritum cœlo, reliquum vero mortalitatis suae hoc deponi voluit conditorio. Regnavit Ann. LII. menf. V. Vix. Ann. LXIII. Menf. VIII. Di. XXVI. Obiit An. Christi MDL. Menf. IXbr. Di. VI.

„Hoc Lector, potes aestimare saxo,
„Humani nihil esse non caducum:
„Heroum quoniam tegit duorum
„Ebrardi Ducis ossa et Hulderici.
„Ex iis alter erat bonis amandus,
„Ex iis alter erat malis timendus;
„Et dilectus uterque valde Christo.
„Corrupta tamen hic uterque carne
„Leto deposita simul quiescunt.

6.

Im 4ten Reyhen.

Um den Stein.

Sabina. Anno Domini MDLXIV. den XXX Tag Augusti starb die Durchlauchtig Hochgeborne Fürstin, Fraw Sabina, Herzogin zu Würtemberg und Tek, Grävin zu Mümpelgart; ein geborne PfalzGrävin beym Rhein, Herzogin in Obern und Nidern Bayern; ihres Alters LXXIII. Jahr, IV. Monat, VII. Tag.

7.

Im 2ten Reyhen.

Um den Stein.

Sub hoc Saxo requiescit EBERHARDUS, Dux Würtembergæ & Teck, Comes MontisPeligardi. Obiit Die II. Mensis Maji Anno Salutis MDLXVIII. vixit Ann. XXIII. Mens. III. Dies XXVII.

Eberhardus, Christophori Filius primogenitus.

An der Mauer auf einer metallenen Tafel

D. O. M. S.

Illustrissimus Princeps Eberhardus, Dux Würtembergensis ac Teccensis, Comes MontisPeligardi &c. illustrissimorum ac christianissimorum Parentum, Christophori, Ducis Würtembergensis &c. Principis laudatissimi, & Annae Mariae, Marchionissae ex clarissima familia Brandenburgensi Filius primogenitus, indolis egregiae, a primis annis pie ac liberaliter educatus & literis institutus, Synceriorem Religionem amavit; AntiChristi idololatricas Superstitiones atque omnes fanaticas opiniones detestatus est, parentes digna pietate coluit, in fratrem et Sorores germanas bene affectus & pro aetate rara gravitate praeditus fuit, ita, ut maximis rebus natus videretur. Eum immatura morte abreptum Parentes lugent, provinciales deflent; Anima Christo, Reliquiae his monumentis commendatae sunt. Vixit Annos XXIII. Mens. III. Dies XXVII. Vita functus est Anno MD LXVIII. Mensis Maji Die II.

„Majorum merito ſacris ſepulchris
„Ebrardi Ducis inferuntur oſſa.
„Barbati veteris gerit celebre
„Nomen, ſi modo longior daretur
„Aetas, mox ſimilis futurus illi,
„Juſto, pacifico, gravi, diſerto.
„Herois referebat Hulderici
„Primis ingenium Nepos ab annis;
„Par magnis animis Avo futurus,
„Ni vitae ſpatium Deus negaſſet.
„Ambobus pietate junctus una
„Vita jam fruitur beatiore.

B. B. F.

8.

Im 2ten Reyhen.

Um den Stein.

Chri-ſto-pho-rus. Sub hoc Saxo requieſcit CHRISTOPHORUS, Dux Würtembergæ & Teck, Comes MontisPelicardi. Obiit Die XXVIII. Menſis Decembris, Anno Salutis MDLXVIII. aetatis vero Suae LIII.

An der Mauer gegen über auf einer metallenen Tafel:

D. O. M. S.

Illuſtriſſimus Princeps, vere Chriſtophorus, Dux Würtembergenſis & Teccenſis, Comes Montis-Pelicardi &c. a puero variis caſibus jactatus, literis excultus, exteros expertus, linguarum peritus, experientia clarus, periculis infractus, bello ſtrenuus, imperio juſtus, conſiliis prudens & pacificus, orator gravis, Eccleſiae nutri-

tritius, haeresum & idololatriae hostis, studiorum Moecenas, exulum asylum, virtutis theatrum, pietatis exemplum, pater patriae, infinitis laboribus exhaustus ac placide in Domino obdormiens corporis reliquias hoc conditorio, quod vivus sibi adornarat, deponi voluit. Earum optatam resurrectionem beata anima, cum Christo vivens, expectat. Memoria tanti Herois apud omnem Posteritatem Sacrosancta erit. Vixit Annos LIII. Menses VII. Dies XVI. Regnavit Annos XVIII. Mensem I. Dies XXII. Obiit Anno Domini MDLXVIII. Die XXVIII. Mensis Decembr.

„Würtembergiacae Domus Decorum
„Princeps Christophorus sub hoc sepulchro
„Ut terrae sua reddit ossa matri,
„Coelesti quoque Spiritum Parenti
„Sic, Christo mediante, consecravit.
„Non regno patrio, sed exterorum
„Succrevit puer exulante Patre.
„Magni Caesaris est secutus aulas
„Et Regum teneris ephebus annis.
„Mox Martis juvenis capessit arma;
„Ductis ordinibus triumphat heros.
„Bis sex suscipit pignora maritus,
„Curis canus avus fit & senecta.
„Magnam justitiae tulitque laudem,
„Dum rexit populos deditque jura;
„Optatam coluit ferendo pacem,
„Lites composuit, sopivit iras.
„Illi Ecclesia maximae piaeque

„Curae vera fuit fidesque cordi;
„Idolis inimicus, hoftis acer
„Damnatis fimulantibusque fectis.
„Mecaenas ftudiis et eruditis,
„Linguis fautor erat, fcholis patronus.
„Natura ingeniofus, arte doctus,
„Orator bonus, aptus et trilinguis;
„Prudens, fobrius atque liberalis;
„Plures herculeis ferens labores;
„Dignus, qui imperio fuiffet orbis.
„Hunc Patrem Patriae fatetur aetas
„Praefens, pofteritas fatebiturque
„Würtembergiacae Domus Decorum.

9.

Im 3ten Reyhen.

Um den Stein:

Eva Chriftina, Comitiffa.

Illuftriffima Princeps & Domina Dn. EVA CHRISTINA Würtembergae Montisque Pelicardi Comitiffa; Georgii, ex Barbara, Haffiae Landgravia, Filia fub hoc conditorio quiefcit, animam vero Deo reddidit III. Kalend. April. MDLXXV. cum vixiffet Ann. XVI. Menf. V. Dies XV.

10.

Im 1ften Reyhen.

Dorothea Urfula Ludovici I. conjux

Auf dem Paradebett von Marmor liegend mit der Umfchrift:

Illuftriff. Pr. ac Domina DOROTHEA URSULA, Illuftriff. Pr. ac Domini D. Ludovici, Wür-

Würtembergensis & Teccensis Ducis Conjunx prima; Illustriss. Caroli, Badensis Marchionis J. quae A. MDLXXXIII. XIX Maji pie decessit; cum vixisset Annos XXIII. in matrimonio Ann. VIII. Mens. VI. D. VIII. hic tubam Domini expectat.

11.

Im 2ten Reyhen.

Um den Stein:

Illustriss. Pr. ac Dominae D. ANNÆ MARIÆ, Georgii Brandenb. March. J. ac Opt. Pr. Christophori, Würtemb. Ducis, Conjugi fidelissimae, XII. Liberorum Matri Ludovicus, Dux Würtemb. Filius M. H. P. E M. E. P. Obiit A. MDLXXXIX. Die XX. Maji aetatis LXIII.

Anna Maria, Christophori Conjux.

12.

Im 1sten Reyhen.

Auf dem Paradebett von Marmor liegend mit der Umschrift:

Illustrissimus Princeps & Dominus, Dominus LUDOVICUS, Dux Würtemb. & Tecciae, Comes Mont. Pelig. Christophori Propagatoris Filius, Ulrici, Syncerae Religionis per hunc Ducatum restauratoris, Nepos, Ducum Würtembergicorum Princeps, pietate & humanitate nulli secundus, Patris & Avi in propaganda pia religione studium supergressus hic Tubam Archangeli expectat; Denatus VI. Id. Aug. A. MDXCIII. Vixit Annos XXXIX. Mens. VIII. D. VII. Horas XVI.

Ludovicus.

13.

Im 2ten Reyhen.

Um den Stein:

Johannes Georgius Dux Slesvici Holsatiæ.

Hic jacet JOHANNES GEORGIUS, Dux Slesvici Holsatiae, quâ parte condi potuit.

Auf einer Tafel an der Wand.

Memoriae

Johannis Georgii,

Johannis, Haeredis Nordwegiae, Ducis Slesvici Holsatiae &c. atque Agnetis Hedwigae, Principis Anhaltinae &c. Illustrissimorum & optimorum parentum Filii;

Principis Juventutis, et qui ob singularem pietatem et raras in isto fastigio virtutes aliis proponi potuisset in exemplum.

Nascitur ille Sunderburgi IX Febr. Christiano CIↃIↃXCIV.

Denascitur Tubingae in illustri Collegio XXV. Januar. An. Chr. CIↃIↃCXIII.

Sepelitur hic inter Avos & Cognatos XI. Febr. An. Chr. CIↃIↃCXIII.

O miras vitae humanae periodos!

Hic Parentes Visceribus suis posthumi,

Hic Cordi suo sunt superstites.

14.

Im 3ten Reyhen.

Um den Stein:

Rudolphus.

RUDOLPHUS postul. Episcopus Halberstad. Dux Brunsuic. & Luneburg. hic quiescit.

An der Mauer auf einer Tafel:

Rudolpho
Postul. Episcopo Halberstadensi, Episcopus Halberstad.
Duci Brunsuic. & Luneburg.
Henrici Julii postul. Episc. Halberst.
Duc. Bruns. & Luneb. &
Elisabethae, Friderici II. Dan. Reg. Filiae,
Maximorum Parentum
Filio,
In exemplum piissimo,
Principi, bono Reip. nato,
Sed malo ejusdem heu praemature denato
mater et Fratres prae posteritate naturae afflicti
Memoriam
Contra Votum pietatis posuerunt.
Oritur Wolfenbütelii An. Chr. CIↃIↃCII.
Jun. Die XV.
Moritur in Illustri Collegio A. C. CIↃIↃCXVI.
Jun. Die XIII
Sepelitur hic inter principes cognatos A. C.
CIↃIↃCXVI. Aug. Die XXII.

Neben diesen sind noch an der Mauer zur linken Hand des Eingangs folgende:

15.

D. O. M. S.

Ut omne natum caducitati subjectum, ita et eodem decreto Illustriss. Princeps MAXIMILIANUS, Dux a Würtemberg. &c. Anno Salutis MDLVI. XXVII. Die Aug. natus, Mens. VI. Dies XXII. superstes, infans dulciss. Parentes opta-

Maximilianus, Infans

optatae vitae desiderio privavit Anno Chr. MDLVII. Mens. Mart. Die XVII. cujus ossa XIX. ejusdem Mens. huc ad avita conditoria translata sunt.

16.

C. H. R.

Crucif. Glor.

Ulricus, Infans

Memoriae Illustriss. Principis, ULRICI, Ducis de Würtemberg &c. Infantis dilectiss. P. qui vixit Mens. II. Di. I. Obiit An. Chr. MDLVIII. Mens. Jul. Die VII. cujus ossa VIII. ejusdem huc ad avita conditoria deposita sunt.

V. C. V.

17.

Zur rechten Seite des Eingangs an der Wand.

D. O. M. S.

Georgius Otto, Palatinus Rheni

Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dn. GEORGIUS OTTO, Palatinus Rheni, Dux Bavariae, Comes Veldentianus et Sponheimensis, Illustrissimorum ac Christianissimorum Parentum Georgii Johannis, Palatini Rheni in Lüzelstein, et Susannae, Palatinae Rheni in Sulzbach, Filius unicus, indolis egregiae, a primis annis pie ac liberaliter educatus et literis institutus sinceriorem religionem unice amavit, parentes et agnatos digna pietate coluit, in inferiores bene adfectus pro aetate spem optimam aluit, ita, ut Reipubl. bono natus videretur. Eum immatura morte abreptum lugent subditi et

bo-

boni quique deflent. Anima Christo, reliquiae his monumentis ad latus amitae commendatæ sunt.

Nascitur Lüzelsteini A. MDCXIV. XXV Sept.
Moritur Tubingae A. MDCXXXV. XXX. Aug.
Sepelitur hic A. MDCXXXV. V. Sept.
Vixit Annos XXI minus XXVI. Diebus.
Memento mori.

18.

Zur linken Seite des Eingangs auf dem Boden.

Tumulus ANTONII HENRICI, Comitis Oldenburgi & Delmenhorsti, Jeverae et Knipenhusii Dynastae. Antonius Henricus, Comes Oldenburgi &c.

Oritur Delmenhorsti VIII.	A. Chr.	MDCIV.
Moritur Tubingae I Sept.		MDCXXII.
Sepelitur hic XXX Jan.		MDCXXIII.

II. Alle übrige Epitaphien in alphabetischer Ordnung.

I.

Auf Holz, cum Effig.e Defuncti.

Andreae, Cancell. Univ. Tub.

Jacobus Andreae, Waiblingensis, D. Theologus, Vir Judicii magni, Ingenii dexterrimi, Pietatis & Eruditionis eximiae, Eloquentiae admirandae, qui ad Ministerium ecclesiasticum Anno Aetatis XVIII. legitime vocatus Ecclesiae Christi concionibus & scriptis utilissimis totos 48 annos indefesso labore inservivit; AntiChristi Romani et aliorum Haereticorum impietatem et errores gladio verbi Dei fortiter profligavit, peregrinationes multas et longinquas, vocatus a piis magistratibus, reformandis Ecclesiis, sedandis dissensionibus & constituendae piae concordiae impendit; Consiliarius Illustriss. Ducum Würtemb. Praepositus Ecclesiae et Cancellarius Acad. Tubing. Annos XXVIII. fidelissimus fuit, placidissime in Christo obdormivit et omnium piorum luctu hic sepultus est. A. C. MDXC. cum vixisset Annos LXI. menses o. Dies XIII.

Elapso ultra integrum Seculum lustro piam debitamque omnino memoriae venerandi Proavi reverentiam exsolutura Epitaphium hocce restaurari curavit Eva Maria, nativitate Simonia, Dn. Andreae Caroli Consiliarii Würtemb. atque Abbatis San. Georgiani Conjux longe fidis-

dissima, et ipsa ad capessendam haereditatem electorum aeternam evocata postrid. Non. Septembr. A. O. R. MDCXCV.

2.

Auf Stein, worauf ein Fuchs eingehauen.

D. AE. S.

Bene valeas, quisquis es.

Fridericus Jacobus, ex antiq. *Anwilen.* Familia, nobilis Heros, hujus Tubing. Civitatis Praefectus primarius, qui Remp. non sine magno Profect. administravit, pauperes fraterno affectu fovit, bonos & Doct. miro studio dilexit, Gasp. ab Anweil Ejusd. Oppidi praef. Fr. moerens Fr. O. M. H. M. ad Poster. memoriam P. V. Ann. XXXVI. Ms. I. D. IV. ⊖ An. D. Opt. Max. MDXL. M. VI. D. III. quiescit in spe Resurrectio. et vitae sempiternae, proh quam recti exempli homo erat, sed orta cadunt. v. Anweil, Fridericus Jacobus.

3.

In Stein mit Wappen.

Anno Domini MDLXII. d. XII. Tag Octbris entschlief in Christo seeliglich der Edel Vest Hanß Caspar von Anweyl, Obervogt zu Tiwingen, seines Alters im 53. Jahr, dem ist im nechsten Jahr den XIV. Febr. nachgefolgt sein Sohn Hanß Albrecht von Anweyl, seines Alters im Jahr, und gleich im 1563. Jahr den 21. Tag Junii ist denen baiden ir eheliche geliebte Gemahel und v. Anweil, Hans Caspar v. Anweil, Albrecht

Mut-

v. Anweil, Catharina. Mutter, Catharina von Anweyl, geborne von Neuneckh ihres Alters im Jahr auch Christlich nachgefaren, deren Leibe hie beysammen ruhen unsers Seeligmachers Jhesu Christi herrlichen grossen Tags zur Auferstehung in das ewige Leben erwartend.

4.

Auf Stein mit Wappen. ✝.

Appianus. Nobili & clariss. Viro, *Philippo Appiano*, Pet. F. Ingolstadiensi, Medic. D. & Mathematico excellentissimo, Mathematum primum in patria, inde Tubingae Annos ultra 32. Professori celeberrimo, A. aet. 58. Salutis humanae Anno MDLXXXIX Die XIV. Nov. pie mortuo, marito et patri suo optimo et desideratissimo pietatis hoc monumentum posuere nobilis ac praestantissima femina, Sabina Schevenstuelin, Conjux, et Sabina, Filia, clarissimi Viri Durfeld, J. U. L. et Imperialis Camerae Assessoris Consultiss. vidua, quarum illa pie quoque obiit An. Haec An. omnes beatam resurrectionem expectantes.

5.

Auf Holz.

D. O. M. S.

Bacmeisterus, Lucas. *Lucas Bacmeisterus*, J. U. Consultus, Filius Henrici, Nepos Lucae, Illius Juris de Rep. Lunaeburgensi, hujus Theologiae, de Ecclesia et Universitate Rostochiensi Consiliis et Doctrina quon-

quondam meritorum optime Doctorum. Natus Lunaeburgi pridie Iduum Augusti MDCXXII. almae Universitatis Tub. per biennium Secretarius fidelis, post exantlatos domi militiaeque labores varios sola divina nixus ope, cum quietem tranquilla mente affectaret, caelebs, hecticae febris vi lenta consumtus, quicquid mortale habuit, fide in Christum perseverante hîc juxta amœnas Nicri ripas securus deposuit, VII. Iduum Febr. A. MDCLV. Vixit Annos XXXII. mens. V. Dies XXV. Cui Henricus Frater, in officio successor, uti successionis, ita mortalitatis ordine inverso major natu minori hoc monumentum moestus F. F.

A. MDCLXVIII.

Justi fulgebunt sicut Sol in Regno Patris eorum. Matth. XIII, 43.

Beatus Vir, qui suffert tentationem, quoniam, quum probatus fuerit, accipiet coronam vitae. Jac. I, 12.

6.

Auf Holz.

Henricus Bacmeisterus, J. U. D. Sereniss. Domus Wirtenb. Consiliarius superior, Cons. & Curator Camerae, olim Secretarius hujus Universitatis ab A. MDCLV ad A. MDCLXXII. natus Lubecae D. XIV. Jul. MDCXVIII. Obiit A. MDCXCII. D. II. Jan. Ejusdem Uxor Anna Barbara Seefried, nata Berolingae D. XIX. Apr. MDCXXIX. Denata D. XVI. Oct. MDCLXXII. Bacmeisterus, Henricus.

Mater Decadis Liberorum, numero, in ſexum utrumque ex pari diviſo.

Quieſcant in pace.

7.

Auf Holz, cum Effigie Defuncti, dem ein Engel eine Crone über das Haupt hält, unten iſt ein Todten-Gerippe. Ein wahrhaftiges Meiſterſtük der Bildſchnizler Kunſt.

Bardili. *Chriſtophorus Burckhardus Bardili*, J. U. Candidatus, natus Maulbronnae D. XXI. Febr. A. MDCXCIV. Denatus D. XVII. Aug. MDCCXIII. Tubingae. Parens: Joh. Philipp Bardili, ab Expeditione Conſilii eccleſiaſtici; Mater: Maria Catharina Meireria.

8.

Auf Stein mit einem Crucifix und einem Betenden nebſt Wappen.

Pſ. 103, v. 15. 16.

Ein Menſch iſt in ſeinem Leben — nicht mehr. Anno Chriſti MDCLIX. Sonntags den XXVI. Junii iſt in GOtt ſeelig entſchlafen der wohlgeborne Herr, Herr Ferdinandt Ernſt FreyHerr von Bernerdin zum Pernthurn und Sindlingen ſeines Alters XXI. Jahr, V Monat, 12 Tag; deſſen Leichnam hierin begraben, welchen GOtt an ſeinem groſſen Tag neben allen Auserwelten mit Frewden auferweken wölle, Amen.

v. Bernerdin Ferdinand Ernſt.

9.

Auf Stein.

Text. Ps. 25, v. 18. Die Angst meines Herzens ist gros ꝛc.

A. MDCLXVIII. den XXVIII. Febr. ist alhie in GOtt seelikliche entschlafen der wohlgeborne Herr, Herr Sigmund Fridrich FreyHerr von Bernerdin zu Pernthurn und Sindlingen, Cornet, seines Alters XXV. Jahr IX. Monat, X. Tag, dessen Leichnam hier begraben, welchen GOtt an seinem grossen Tag mit Frewden erwöken wolle. Amen. v. Bernerdin, Sigmund Fridrich.

10.

Auf Stein. auf dem Boden.

Hodie mihi, Cras tibi.

Hier liegt begraben die Frey Reichs Hoch- und wohlgebohrne Freulin Freulin Anna Felicitas, Freyin von Bernerdin zum Pernthurn auf Pregrad ꝛc. welche den XXVII. Jul. im Jahr Christi MDCCXXI. in der Stadt Tübingen in ihrem Erlöser sanft und seelig entschlafen ihres Alters 92. Jahr. GOtt erweke sie an jenem Tag mit Freuden. v. Bernerdin, Anna Felicitas.

Leichen-Text: Ps. 73, 21.

Herr, wann ich nur dich habe — Theil.

11.

Auf Stein. auf dem Boden.

Memento Mori.

Hier ruhet die Frey Reichs Hochwohlgeborne Frau, Frau Maria Barbara, Freyin von Bernerdin von Pe- v. Bernerdin,

Maria Barbara. Pernthurn auf Pregrad rc. welche den XII. Dec. im Jahr MDCCXXI. in der Stadt Tübingen in ihrem Erlöser sanft und seelig entschlafen, ihres Alters 75. Jahr und 6. Monat.

Gott erweke sie an jenem Tag mit Freuden.

Leichen-Text: Philip. I, v. 21.

Christus ist mein Leben — Gewinn.

12.

Beurlin, Cancellar. Auf Holz, worauf die Taufe Christi abgebildet ist.

Clarissimo Viro, Jacobo Beurlino, D. Theolog. Eccl. hujus Praefecto & inclytae Univers. Cancellario in Legatione Lutetiae Paris. V. Calendarum Nov. A. salutis MDLXI. aetat. vero suae XLI. mortuo Senatus academicus optime merito huic F. F.

Quisquis in hanc oculos defigis & ora figuram
Sis memor hoc: firmum quod sit in orbe nihil.
Sic cecidit quondam Martinus Frechtius, arte
Maximus, hîc cujus molliter ossa cubant.
Sic cadit heu fatis aeternum vivere dignus
Beurlinus, nostrae nomen honorque scholae.
E patrio in primis hûc qui se contulit annis,
cui Polis & nomen Spina dedere, Solo.
Ingenioque potens linguas industrius omnes
atque artes hausit cum pietate sacras.
Donec ad officium templi scholaeque vocatus
praefectusque simul summo in honore fuit.
Quid grave judicium et sapientis fulmina linguae
virtutesque Viri donaque mille canam?

Non

Non tantum populo fuit observatus ab omni,
 Würtembergiaco sed quoque cura Duci,
Quo mandante adiit per mille pericla Tridentum,
 ut veram assereret, quo decet, ore fidem.
Inde Borussiacas sese commovit in oras,
 componens litem, quae fuit orta, gravem.
Tandem etiam fatis dolor heu! volventibus atris
 adscitus Galli sub regione cadit.
Vir magnus magna celebrique sepultus in urbe
 Parisiis, celsae stant ubi tecta scholae.
Ne tamen omne Viri nomen sine honore periret,
 struxerunt Patres haec monumenta scholae.
Spiritus in cœlis a carnis mole solutus
 Virtutesque Dei justitiamque canit.

13.

Auf Holz, worauf ein Crucifix und ein Betender.

Quid properas, subsiste parum, festine Viator, Borcholtus.
 quodque ruant nostri disce tenore dies.
Corpus in hoc tumulo post ultima fata locavit
 Borcholtus Statius prosperitate salus.
Indolis eximiae juvenis, qui nobilis ortu,
 nobilior studiis et pietate fuit.
Lustra virescentis jam quinque peregerat annos,
 addiderat messes & sine labe duas.
Cum Tubinga febrim dedit illi Sueva malignam,
 robore quae lethum deficiente tulit.
Virtutes animumque pium moresque probatos
 Teutonicae norunt commemorantque scholæ.
Levcoris inprimis atque Heidelberga vetusta
 & cum Juliade clara Tubinga nova.

Has etenim vivens luftravit et undique fecum
attulit egregiam fpem peperitque Viris.
Jamque erat illuftri virtutis in aequore Patris
magnaque totius ftemmatis anfa fequens.
Sed moderante Deo, cujus fub numine terra eft,
abftulit eventus fpem mala Parca boni.
Exactum tempus cupis? octogefimus annus
nonus erat, maji ter quoque quinta dies.
Haec illi fuprema fuit, carnisque folutum
pondere coelefti juffit adeffe choro.

His lectis age, carpe Viam et cognofce Viator,
quam fubito cafu quae valuere, ruant.
Fidere difce Deo, propriis diffidere rebus,
quae fuprema venit lux inopina venit.

14.

Auf Stein. †

D. O. M. S.

v. Breit-fchw. Quid mortale fuit, proxima huic templo fub tumba pofuit generofus et nobiliff. Dom. Chriftophorus Gottlieb Breitfchwerd a Buchenbach, qui patre generofiffimo, Joanne Leonhardo Breitfchwerd a Buchenbach, matre generofiffima, Dna Regina, nata Varenbyleria ab Hemmingen Anno Seculi hujus LXVII. D. XXI. Julii feliciter in lucem editus, parentum et avunculorum generofiffimorum cura digne natalibus fuis educatus, jamque optima indole et pari corporis animique virtutum elegantia in familiae, meritis juxta genus fuis erga augu-

ftam

ſtam et Sereniſſimam Domum Auſtriacam et Wirtembergicam dudum nobiliſſimae, ornamentum, adoleſcens ſpes, de ſe eximie conceptas in illuſtri Collegio inter Sereniſſimi Wirtembergiae Ducis Ephoebi nobilis miniſteria ſuaque ſtudia et exercitia equeſtria ipſe aetate, fortuna, gratiaque et amore omnium florens lethali in ſe bombardae exploſione, heu triſtem caſum! infelici fato haud lubens trajectus cum vita finiit, animamque Salvatori ſuo pia morte reddens Die II. Dec. A. C. MDCLXXXIV. læ-tam hinc in noviſſimo die reſurrectionem expectat.

15.

Auf Stein.

Ich bin die Auferſtehung — ſtürbe.

Joh. XI.

Chriſto Sacrum.

Nobilis Vir, Wolffgangus Breuning a Rommersheim, U. J. D. clariſſ. Caeſareae Majeſtatis a Conſiliis, cum in ſuprema et imperiali cathedra Spirae Nemetum per annos p. m. viginti in rebus agendis atque peragendis ſumma cum fide, juſtitia, candore, induſtria et ſucceſſu felici operam navaſſet cauſarumque patronus exſtitiſſet, tandem Oeniponte apud Illuſtriſſ. Principem Ferdinandum, Archi Ducem Auſtriae A. MDLXIII. ſecunda Maji, Aetatis ſuae LXIV Diem pie obiit, relicta vidua, nobili matrona, Urſula Griffyng, et ex ea tribus filiis, Johan- Breuning.

ne Jacobo, Carolo et Wolffgango, unaque filia, Maria, qui mœstissimi omnes naturali instinctu reverentia et pietate in parentem optimum monumentum in hunc locum P. P.

Qui vivus nullum defunctum laedere noli, vale.

16.

Auf Holz.

v. Brombsen. In A. MDCLXXV. D. II. Oct. starb der Hoch-Edelgebohrne Herr Franz von Brombsen, welcher gebohren zu Lübek A. MDCL. D. IX. Jul. von dem HochEdelgebohrnen Herr Andreas Albertus von Brombsen, und der HochEdelgebohrnin Margaretha von Brombsen und also seines Alters XXV. Jahr und III. Monat.

Der Allmechtige Gott wolle dem Cörper eine sanfte Ruhe unter der Erde verleihen, und am jüngsten Tag wieder frölich auferweken. Amen.

Christus ist mein Leben — bey Christo zu seyn. Phil. I, 21. 23.

17.

Auf Holz, cum Effigie Defuncti.

Calwer, Georg. Georg Calwer, Hofgerichts-Assessor und Burgermeister zu Tübingen starb im Herrn seeliglich den XIX. Sept. MDCXVIII. dem seine EhFrau, Maria Salome, geb. Jägerin den II. Septemb. MDXCVII. vorangegangen.

18.

Auf Stein, worauf ein Crucifix, mit der Umschrift: Fürwahr Er trug — Friede hätten. †

A. Dn. MDLXIII. d. XXIV. Febr. starb der Ehrenhafft und Fürnehm Melchior Calwer, dem Gott gnad. A. D. MDXXXVIII. d. XVI. Dec. starb die Tugentreiche Fraw Margareth Hirschmann, sein geliebte erste, und A. MDLXIII. d. XIII. Apr. Geneve Hauenbergerin, andere Haußfraw, den Gott genad. Amen. Calwer Melchior.

19.

Auf Holz.

Qui Decus urbis eras nostrae, qui prima Senatus Cammerer.
gloria, praecipuis primus in ordinibus,
Heu! Camerere jaces, heu dignus laude, tuusque
candor et integritas te moriente jacet!

Et resplenduit facies ejus sicut Sol, vestimenta autem ejus alba facta sunt, sicut nix, et ecce apparuerunt ipsi Moses et Elias, cum ipso loquentes. Matth. XVII.

D. XIX. Aug. MDLXXXV endschlief in Christo der Ehrenhafft und Fürgeachte Herr Alexander Cammerer, gewesener Burgermeister und Rathsverwandter alhier zu Tübingen, ein Freund und Fürderer aller Ehrbarkeit, dem Gott gnädig und barmherzig seyn wölle. Amen.

20.

Jn Stein, worauf ein Ritter in Lebensgröſe.

Chomberg.

Hac requieſcit humo Stephanus Chombergius, hujus
Praefectus quondam qui minor urbis erat.
Corpore Vir magnus, Vir magnus corde, duobus
hinc Ducibus claris gratior ille fuit.
Scilicet Ulrico Genitori, Chriſtophoroque
progenito, regni qui modo Sceptra gerit.
Gymnaſium luxit, luxit respublica multis
effuſis lacrimis, hunc obiiſſe virum.
Mœſta fuit conjunx pueris cum quinque relictis,
filiolae totidem condoluere ſimul.
Fletibus affines conteſtabantur amorem,
quin caſum Domini flevit et ipſa Domus.
Attamen unanimi dixerunt voce precantes:
mortuus in Chriſto vivat in arce Poli.

IX. Novembr. A. MCLXVI.

21.

Auf Holz cum Effigie.

v. Chronnek.

Teguntur proximo Saxo tria pectora chara Mauritius Baro de Chronnek, ob fidei Conſtantiam carinthia patria exul, Sereniſſimorum Würtemb. Ducum Conſiliarius, Dicaſterii ſummi Praeſes, Tubing. Herrenb. Sulz. Præfectus ſuperior, duarum piarum conjugum, generoſae ſcilicet Barbarae Schenkin de Winterſtett, nec non illuſtris Mariae, Baroniſſae de Hohenfeld, Maritus, tubam judicis univerſi ad beatam vitam re-

resurgendi quieti exspectantes. Clausit vitam A. MDCLXXIX. Mense XII. Sept. aet. LXXXII. I Mens. IX. D.

Sit illius Memoria semper in benedictione.

22.

Auf 2 steinernen Tafeln auf dem Boden, mit vielen Wappen.

v. Closen

I. Tafel.

Leichen-Text: Phil. I, 21. Christus ist mein Leben — Gewinn.

Alhier ruhet in Christo der wohlgeborne Herr, Herr Sigmund Adam Frey Herr von Closen, zu Heidenburg auf Wankheim und Eöckh, welcher A. MDCLXVIII. d. XVII. Sept. zu Blyderhausen in seinem Erlöser seelig entschlafen seines Alters 39. Jahr 4. Monat, 4. Tag; deme der höchste Gott an seinem grossen Tag eine fröliche Auferstehung verleihen wolle. Amen.

2te Tafel.

Leichen-Text: Ps. IV, 2.

HErr, der du mich tröstest — Gebet.

A. MDCXC. d. XXV. Aug. ist in ihrem Erlöser Christo seelig entschlafen die wohlgeborne Fraw, Fraw Esther von Closen, geb. Freyin von Bernerdin, ihres Alters 62. Jahr, 7. Mon. 7. Tag; deren Leichnam der Höchste an seinem grossen Tag mit Frewde erwöken wolle. Amen.

23.

Auf Stein, auf welchem der Heiland als der gute Hirte abgebildet ist, der das gefundene Schaf auf seinen Achslen zur Heerde zurük träget. † ohne Jahrzahl.

Cokelius.

Hoc pia Johannis requiescunt membra sepulchro
  Cockelii, insignis relligione Viri,
Qui quondam Ausonii sectatus castra Papatus
  Benzingae latio dogmate pavit oves.
Postea conversa dum vixit mente Tubingae,
  divitiis auxit Bina Lyceja suis.

Es freydt das himmelisch Heer
Iber ein bekehrten Sünder
für nein und neinzig Gerechten,
die sich mit der Bus verfechten.

24.

Auf Holz cum Effigie Defuncti.

Ενθαδε παιδευτης Μαρτινος Κρουσιος εὕδω,
ἑλλαδος Τυβιγγῃ, μουνῳ σοι, Χριστε, πεποιθος.

Crusius.

Crusius hic recubo, docui qui graeca Tubingæ atque latina diu, Christo spe nixus in uno. N. D. XIX. Sept. MDXXVI. docere orsus Tubingae XXI. Aug. MDLIX. A. usque ad XIV. Febr. MDCVII. excipiens græco sermone inter Lumina Academiae Tubing. sedens ex ore concionantium populari lingua venerabilium Theologorum conciones sacras ad septem millia; obdormiens in Domino A. MDCVII. Die XXV. Febr. hora prima matutina, optans ecclesiae

et

et academiae huic ceterisque ubique Ecclesiis et scholis omnibus felicem permansionem ad extremum usque diem.

25.

Auf Stein mit Wappen. †

D. O. M. S.

Siste paulum gradum Viator, lege et luge! Dann.
Recubant sub hoc lapide et in pace quiescunt ossa viri, principi non minus, quam patriae probatissimi, Dni Joh. Jacobi Dannii, Serenissimo Wirtemb. Duci a Consiliis, Regiminis nec non supremi Dicasterii Assessoris, cujus de vita, muneribus et meritis pauca habe. Natus fuit Reuttlingae Die I. Mart. MDCXCVII. Juvenis adhuc exsistens peregrinas oras invisere atque ad gerenda gravissima munera praeparari occœpit, egregias animi dotes in Dei gloriam totus impendit bonoque publico consecravit, complures sibi delatas legationes dextre, prudenter, fideliter, gnaviter obiit, numquam sine luculenta clementissimaque eorum, quorum intererat, approbatione, in Consiliis quippe gravis, rerum gerendarum experientia instructus, in dijudicandis litibus perspicax, in dirimendis iisdem sive via, quantum fieri id potuit, amicabilis, sive secundum vigorem legum strenuus, promtus, expeditus, indefessus, Principi, Deo carus, patriae et collegiis probatus, bonis quibuscunque desideratus, suorum deliciae, oppressorum solatium, verbum cultumque div.
re-

reverenter habens, erga omnes ſincerus, comis, affabilis, utinam vero viveret adhuc, utinam viveret! at vero inopina mors gerendis pro bono publico negotiis dicaſterialibus heic loci occupatum ad meliorem vitam tranſtulit; D. XI. Febr. A. reſtit. Sal. MDCCXXXXIV. aet. autem XLVIII.

Memoria Viri apud bonos quoscunque ſit in benedictione.

Leichen-Text: Pſ. XC, 1—5.

26.

Auf Holz.

D. O. M. S.

Demmler, Anaſtaſius

Clariſſ. et Conſult. Vir Dn. Anaſtaſius Demmlerus, Marpachenſis. U. J. D. et in hac inclyta Schola Prof. celeberrimus, verae religionis, honeſtatis, juſtitiae et boni publici defenſor acerrimus, cum Academiae, Supremo Ducatus Wirtembergici Conſiſtorio, adeoque reipublicae univerſae per omnes ſtudii ſui fructificantis dies ad extremum uſque ſpiritum fidelem utilemque navaſſet operam, cum XL Annos cum praeclara fœmina, Barbara Fürderina, conjuge chariſſima, A. MDLXXXIII. Maji Die XII. pie mortua, procreatis ex ea ſexus utriusque Liberis XIII. pie concorditerque vixiſſet, ac tandem Aō Dn̄i MDXCI. Die XXII. Jul. aet. ſuae A. LXXI. animam ſuam vera fide plenam Deo pie reddidiſſet, ſuperſtites ejus X. Liberi lugentes

tes Patri ſuo dulciſſimo et optimo pietatis hoc monumentum poſuerunt.

Doce nos, ut ſciamus numerum dierum noſtrorum, ut ambulemus corde ſapienti. Pſ. XC.

A. MDXCIII.

27.

Auf Holz.

A. Dni. MDXCVII. D. XXIII. Oct. Clariſſ. et Conſultiſſimus Vir, Dn̄s Georgius Burckhard Demmlerus, U. J. D. et Summi Würtemb. Conſiſt. Advocatus aet. XXX. pie in Chriſto mortuus eſt, qui ipſi laetam reſurrectionem largiatur. Amen.

Demmler, Georgius Burkhardus.

28.

Auf Holz.

A. Dom. MDCII. D. XVIII. Oct. clariſſ. & conſultiſſ. Vir, Dom. Michael Demmler, J. U. D. illuſtriſſ. Ducis Würtemb. et Conſiliarius et Supremi ejusdem Ducis Conſiſtorii Aſſeſſor prudentiſſimus;

Anno vero MDCXXVIII. D. XXIV. April. Ejusdem Vidua, Maria Kurrerin in Chriſto placide obierunt.

Demmler, Michael.

29.

Auf Holz.

Herr, wann ich nur dich habe — Theil. Pſ. LXXIII, 25. 26.

Demmlerin, Corona.

Im

Im Jahr nach U. Herrn Geburt MDXCVI. den IV. Nov. starb die Ehr und Tugentreiche Igfr Corona, weil. des Ehrfest, Hochgelehrten Herrn Anastasii Demmlers, der Rechten Doctors und Professors alhier ehliche Tochter, ihres Alters XXIII. Jahr, welcher Gott eine frôliche Ufferstehung verleihe.

30.

Auf Stein, mit einem Crucifix. †

CH~StO Immanueli.

Mors tua, Christe, mihi Vita est, Victoria, Regnum;
Labe mea morior, sanguine vivo tuo.

v. Drachstet. Carolus Drachstet, Caroli Lud. Filius unicus ex patritia Lunaeburgen. prosapia natus, qui ob insignem pietatem et laudabilem in studiis progressum Familiae splendori patriaeque ornamento esse potuit, non sine detrimento reipublicae matris suorumque acerbissimo dolore, amicorum maximo sui desyderio relicto contagiosa lue, postquam quadriennium cum summa pietatis et modestiae laude in Academia Witteberg. ac Tubing. vixisset, una cum studiorum Inspectore Johanne a Coln Gambrivio abreptus spiritum Christo reddidit, corporis reliquias hoc conditorio deponi voluit. Obiit Anno Salutis LXXVII. M. Octbris D. XV. aetatis suae XIX.

31.

Auf Stein. ✝

D. O. M. S.

Johannes Fabri, Medicus et Phlus Clariss. ob acumen in docendo, circumspectionem in consulendo, candorem in conversando bonis omnibus merito chariss. desideratissimus, expleta mortalitate hic inter suos tumulari voluit. Obiit V. Id. Augusti A. MDCXX. vixit Annos XLIX. Fabri.

32.

In Stein mit dem Bildniß in Lebens-Gröse.

Anno Dom. 1561. uff den 6. Tag Martii starb der Edell und Vest Hanß Conrad von First, Herr zu Horstal und Seybers; dem Gott eine fröliche Ufferstehung verleihen wölle. Amen. v. First, Conrad.

33.

In Stein mit dem Bildniß in Lebens-Gröse.

A. Dni 1506. am 13. Tag des Hornung starb die Edel Fro Ursla Schmellerin, Conrad First Fro, welcher Gott ain fröliche Ufferstehung verleihen wölle. Amen. v. First, Ursula

---

34.

In Stein mit dem Bildniß in Lebens-Gröse.

A. Dni 1570. den 25. Tag Aprilis starb die Edle und Tugentreiche Fraw Anna von First, gebohrne von Neunek, deren Gott mit allen Auserwölten aine fröliche Ufferstehung verleihen wölle. v. First, Anna.

35.

Auf Stein, worauf eine eiserne Urne. ✝

Ruhe in dem Herrn.

v. Fran- ken- berg. Zum Angedenken des alhier ruhenden Frey Herrn, Carl Silvius von Frankenberg, aus dem Hausse Ludwigsdorf, Herrn auf Gros = und Klein = Zedliz, Herzogl. Wirtembergischen Geheimen Raths und Ober Hofmeisters des hiesigen Collegii illustris, des grossen Wirtemb. Jagd Ordens auch des Baireutischen Ordens Ritter, welcher den I Jun. 1689 in Schlesien gebohren und den 23. Dec. 1775. alhier gestorben, des zärtlichsten Gatten und Vaters, des wahren Verehrers der Christlichen Religion, des 57. Jahr hindurch eifrigen Dieners des Herzoglichen Wirtembergischen Hausses und des milden Beystands der Dürfftigen widmen dieses Grabmal dessen hinterlassene Wittib und 6. Kinder.

36.

Auf Stein mit Wappen. ✝

v. Gais- berg Elisa- betha Mag- dale- na. Hier ruhet und erwartet der Stimme des Sohnes Gottes die abgelebte Hütte eines edlen unsterblichen Geistes, der weyl. Reichs Frey Hochwohlgebohrnen Frau, Frau Elisabetha Magdaleua von Gaißberg, gebohrner von Reischach, gebohren A. 1701. d. 22. Febr. vermählt A. 1716. d. 15. Sept. mit dem weyl. Reichs Frey Hochwohlgebohrnen Herrn, Herrn Ernst Conrad von Gaißberg, Herrn zu Hohenstein, Schnait und Bottwar, Hoch Fürstl. Wirtemb. geheimden Rath, Hofgerichts Praesidenten und Ober Hofmeistern im allhie-

hiesigen Collegio illustri; verwittibt A. 1738. d. 19. Junii, gestorben 1756. d. 23. Nov.

Leichen-Text: die mit Tränen säen — erndten. Ps. 126, 5.

37.

Auf Holz cum Effigie Defuncti.

Ps. II. Servite Domino in timore et exultate ei in tremore.

Stephanus Gerlachius, eximiae pietatis, profundissimi ingenii, summae eruditionis et maximae autoritatis Vir, Knittlingae prope Maulbronnam 26 Decembris Anno 1546. natus, Anno 73. in comitatu caesarei legati, Generosi Dom. Dom. Davidis de Ungnad &c. ut Minister verbi Constantinopolim profectus, inde A. 78. in Decembri reversus, 29. Nov. A. 79. Theologiae Doctor creatus, Ejusdem Professor extraordinarius anno sequente, ordinarius vero, sicut et Ecclesiae Decanus A. 87. constitutus, Ducalis Stipendii Superintendens A. 90. electus; Rectoratu aliquoties et Vice Cancellariatus academici munere compluribus annis laudabiliter perfunctus, tandem vitae et muneris sui cursu feliciter absoluto d. 30. Januarii 1612. et sic completo aetatis suae anno 65. in cœlestem patriam transmigravit, cui laetam resurrectionem Deus optimus maximus benigne concedat. Amen. Gerlach.

38.

Auf Holz mit beeden Bildnissen.

Graff. Amice, priusquam exis, lege hunc brevem titulum, si lubet, et fave memoriae optimi, dum vivebat, conjugum paris, nim. Michaelis Graffii Jur. U. Doctoris, Seren. Wirt. Ducis Consiliarii, Universitatis Tubing. Antecess. Ill. Collegii et Supr. Dic. Assessor. ac Mariae Barbarae Graffiae, quorum ille Wolgasti Pomeranorum A. 1657. d. 5. Febr. St. Vet. natus Tubingae patriam, id est, uno anno 1687. mitram, munus, maritam, atque A. 1731. D. 25. Jul. beatam mortem invenit, novies Academiae Rector, bis S. Dep. 17. Decanus, 10 Liberorum, plurium Librorum parens; haec autem Tubingae ex Frommannorum genere A. 1667. d. 12. Nov. St. v. prognata, ibidemque post 44. Annorum Dierum reputavit ipsa matrimonium A. 1732. Mense Jun. D. 18. denata est.

Plura si aves, amice, ex aliis quaere, vale!
Parent. O. D. S. M. posuit familia moestissima.

39.

Auf Holz.

Epitaphium

v. Gravenek Nobilis Adolescentis Theodorici a Gravenek, qui A. Christi MDL. III. Calendarum Julii obiit.

Hâc pie praeteriens paulum consiste, Viator,
quidque sepulcralis, cerne, tabella velit.
En perit ante diem, qui stemmate clarus avito,
dignus erat pyliis, secla referre senis.

No-

Nobilis et virtute fuit, non ſtemmate tantum,
Stemma ſolum, virtus ſydera clara petit.
Hic titulos ac nomen avens decorare paternum
Semper erat clario deditus uſque choro.
Nec quoque ſucceſſu caruit ſuadente Minerva,
quicquid conatu cœperat ille ſuo.
Gratus erat cunctis, placidus, probus atque modeſtus,
inprimisque fuit relligionis amans.
Auſtulit hunc vivis properato livida, fato
prohdolor! incidens ſtamina, parca manu.
Scilicet occiduo mortis ſubjecit in orbe
imperio, quae ſunt ſuntque futura, Deus.
Sed tantum in cineres quod erat mortale, redibit,
mens pia ſucceſſit non peritura polo!

J. F. L.

40.

Auf Marmor.

Laſſet die Kindlein — Reich Gottes.

Marc. X, 14.

Ecce tenellum hunc floſculum, Joachimum Fridericum a Grüenthal, ſatum Patre nobiliſſimo Joachimo a Gruenthal, Conſiliario Würtembergico, Ephoro illuſtris Collegii Tubingenſis, Praefecto Wildbergae, natum Matre, Dorothea Maria a Laining. Hic cum florere viſus ah! Die aet. XLIII. A. MDCXI. exhalavit. v. Grüenthal, Infans

---

41.

Auf Marmor mit 2. Wappen.

Memoria nobilis pueruli Wilhelmi Chriſtophori de Grüenthal, n. A. MDCXVII. den. A. MDCXVIII v. Grüenthal, Infans

42.

Auf Stein.

v. Grüen thal Parens; Memoriae et quieti Conjugg. Joachim a Grüenthal, Eq. Auſtr. qui per multos annos muneribus Würtembergici Conſiliarii, Ephori illuſtris Collegii et Summi Praefecti Tubingenſis functus moritur D. XXIX. Oct. MDCXXXIX. Vixit Annos LXII. menſes XI. Dies V.

Mater. Dorotheae Mariae a Lainingen, matronae incomparabilis, quae obiit D. VI. Nov. A. Chriſti MDCXXIX. vixit Annos LIV. Dies XXIV.

43.

Auf Holz cum Effigie Defuncti.

Hailand. Totus eram Domini, regeret dum ſpiritus artus,
Sum vitae functus munere Chriſte, tuus.

Mitten in der Tafel, die den Baum des Erkenntniſſes vorſtellt, ſtehen an verſchiedenen Pläzen die Sprüche:

Gleichwie Sie in Adam alle geſündigt haben — lebendig gemacht. Der Tod iſt der Sünden Sold — unſerm Herrn.	Ich elender Menſch, wer wird mich erlöſen vom Leibe dieſes Todes.	Siehe, das iſt Gottes Lamm— träget. Tod, ich will dir ein Gifft — Peſtilenz ſeyn Ich bin eine rufende Stimme in der Wüſten.

Im Jahr nach Chriſti Geburt 1592. den 13. May iſt der Ehrenveſt und Hochgelehrte Herr M. Samuel Hailand, als er in die 36. Jahr Magiſter Domus in dem Fürſtlichen Stipendio und Profeſſor Ethices bey der Löblichen Univerſitaet al-

hie

hie gewesen, dessen liebe Hauß Fraw, Juliana, Herrn D. Johann Schwarzen, Fürstl. Würtemb. Hof Medici hinterlassene Wittib seeliger Gedächtniß A. 1581. den 24. Julii zuvor Tods verfaren, im Herrn seeliglich entschlafen, und folgenden Tags mit vielen Thränen gutherziger Christen und dankbarer Discipeln ehrlich zur Erden bestattet worden, dem der Allmächtige eine fröliche Aufferstehung, dem Christlichen Leser aber und allen Glaubigen ein seelig und vernünfftig End umb Christi willen verleihen wölle. Amen.

44.

Auf Stein cum Effigie.

P. M.

Epitaphium Mariae Jacobae Halbritterae, Uxoris suae optatae, quae vixit aetat. A. XXII. matrimonii II. et V. menſ. Obiit A. MDCXXXV. I. Oct. et Duorum Jonae Petri et Petri Gnatorum Petrus Jonas cariſſimis non lubens, ſed fato fecit. Halbritterin.

Conditus hoc amor eſt in Gnatos marmore patris,
in Coſtamque Viri conditus hoc amor eſt.

45.

Auf Stein mit Wappen.

A. MDCXLVIII. den XI. Jul. ist der WohlEdle und Gestrenge, Hanß Peter von Hawenstein, des Löblichen Ehmischen Regiments zu Pferd bestellter Obrist Lieutenant in dem Herrn seelig entschlafen und den XV. Jul. anhero begraben worden, sei- v. Hawenstein.

 nes

nes Alters XLVII. Jahr, VII. Monat, VI. Tag, dem wolle Gott eine fröliche Auferstehung verleihen. Amen.

46.

Auf Holz, cum Effigie Defuncti.

Heerbrand

Esau mit Jacob wird vereint,	Nebmt sein Geschenk in Ehren auf,
also, daß er ihn küßt und weint.	Jacob in Salem zeicht darauf.

Jacobus Heerbrand, Giengensis, cum Wittebergae Annos V. Philos. et Theologiae sub Dno. Philippo et Divo Luthero operam dedisset, Tubingam venit, paulo post Ecclesiae hujus Diaconus, (quo tempore duxit honestissimam Virginem, Margaretham, Dni Conradi Stammleri Coss. Tubing. filiam, cum qua suavissime vixit A. LII. cum dimid.) Inde Herrenbergensis Pastor et Superintendens fact. A. L. D. S. S. Theol. creatus, postea cum aliis ad Concilium Tridentinum fuit ablegatus, reversus Marchionatum Badensem cum aliis reformavit, mox ad aliquot Academias S. S. Theol. Professum a magnis principibus magno salario honorifice invitatus Tubingensi tamen operam suam addixit A. LVII. in qua concionando, profitendo, disputando, scribendo contra Pontificios, Calvinistas et aliquot Sectarios assidue per multos annos gloriose pugnando clariss. sibi nomen pluribus editis utilissimis libris comparavit, omnibus etiam honoribus apud hanc Ecclesiam

et

et Scholam clarissime fuit ornatus; Illustriss. Dom. Ducis Würtemb. Consiliarius, Eccl. Praepositus et Academiae Cancellarius fuit constitutus, tandem omnibus his honoribus et muneribus excellenter obitis de Ecclesia optime meritus piissime placidissimeque vitam caducam finivit A. MDC. D. XXII. May aet. LXXX Annos, Triennium ante praemittens uxorem charissimam, quorum ossa, juncta sepulchro, ante templi altare condita, quiescunt, quibus Deus laetam resurrectionem largiatur. Amen.

MDCIV.

47.

Auf Holz, mit einem Crucifix und 2 Betenden.

A. MDCXIV. den VII. Aug. starb der Wohl-Edle und Gestrenge Hanß Christoph Herter von und zu Hertenek und Tußlingen ꝛc. der lezte seines Stammens und Nahmens, und ist in dieser Kirche den XI. Ejusd. mit Schild und Helm nach adelichem Gebrauch Christlich begraben worden, dem Gott eine fröliche Auferstehung verleihe. v. Herter

---

48.

Auf Stein. †.

Leichen-Text: Joh. III, 16.

Also hat Gott ꝛc.

An dieser heil. Stätt ruhet der WohlEdelvöst und Hochgeachte Herr, Johann Martin Hiller, weil. Herrn Heinrich Hillers, Fürstl. Durchl. Raths und Cammer Maisters, auch Com. palat. und Civ. Hiller

Rom. EhLeiblicher Sohn, welcher Bebenhäusischen Hofs zu Tübingen 20jähriger Pfleger gewesen, und den I. Jan. MDCLXXXV. seelig entschlafen, nachdem er das 70. Jahr seines Alters erreicht, und 4?. Jahr mit lieber seiner HausFrau, Brigitta, geb. Schikartin gehauset, 12. Kinder, auch 27. Enkel und 7. UrEnkel erlebt, welchen sammtlich der Gott in der Ewigkeit ainst wieder zusamenhelfen und dem seelig verstorbenen eine seelige Auferstehung verleihen woll. Amen.

49.

Auf Stein mit Wappen.

Sanguis Jesu Christi purgat nos ab omni peccato. 1 Joh. I.

Hizler. Mihi Vita Christus est & Mors Lucrum. Phil. I.

Anno Salutis humanae MDLXXXV. Die VI. Jun. S. Trinitati sacro, pia et honestissima Matrona, Elisabetha, M. Georg. Hizleri, Oratoriae et graecae linguae in Acad. Tubing. Professoris carissima Conjunx, ex hac misera vita in coelestem patriam, sanguine Christi recuperatam, fide in ipsum unice nixa migravit; Eandem cariss. Maritus An. Die pari pietate eôdem secutus est, quorum animae una cum Christo vivunt, corpora autem in terra requiescentia mortuorum resurrectionem expectant, quam ut laetam cum omnibus piis experiantur, faxit Deus Opt. Max. Amen.

50.

50.

Auf Stein mit einem Crucifix und 2 Betenden mit einem eisernen Gitter umgeben. † Hochmann.

An. 1603. d. 24. Julii starb der Edel Ern Vest und Hochgelehrt Herr, Johann Hochmann, baiden Rechten Doctor und hoher Schul alhie geweßter 50jähriger Professor ordinarius, Fürst. Brandenburg. und Würtemb. Rath, und des löbl. Hofgerichts alhie viljähriger Assessor; Hernacher A. 16 M. starb die Ern und Tugendreiche seine liebe ehliche Hauß Frau, Maria, weil. Herrn D. Ulrich Rukers, bei den Fürstl. G. Herzog Ulrich und Christoph zu Wärtemberg geweßten Raths ehliche Tochter, welchen beeden der Allmächtige Gott eine fröliche Auferstehung verleihen wölle. Amen.

51.

Auf einer metallenen Platte.

C. S.

Reginae Barbarae Camereriae, Conjugi optimae A. 1708. D. 5. Mart. aet. 35. pie defunctae F. C. Tub. Andreas Adam Hochstetter, S. Th. D. ejusque Prof. Ord. et Pastor, maritus moestissimus. Hochstetterin.

52.

Auf Holz cum Effigie Defuncti.

Rectoris quondam Academiae Tub. Magnifici, Theologi, ob conjunctam cum vera pietate Eruditionem summam, experientiam multiplicem, Hochstetter.

cem, prudentiam raram temperatamque gravitate insigni, oris operisque miram suavitatem incomparabilis, nomine et omine talis, Andreae Adami Hochstetteri, S. S. Theol. D. et Prof. Ord. Sereniss. Ducis Wirt. Consil. Consistorialis, per IV. etiam annos concionatoris aulici, Abbatis San-Georgiani, et Eccl. Tub. Pastoris, Viri, Dotibus a Deo conjunctim omnibus, queis hodie divisis atque singulis plerique inclarescunt, instructi, per gradus tamen evecti, tentationibus etiam gravissimis tentati, atque ex singularum meditationum sanctarumque precum commercio, eoque numquam interrupto, plane Deo familiaris, ob insignem, quam strenua momentorum, in hac vita occurrentium, observatione sibi comparaverat, perspicaciam ubique eminentis, animos omnium divina virtute flectentis, cuivis se probantis, nulli non inservientis, ideoque singulis desideratissimi, sed citius demortui, quam emeriti, meritis tamen in Ecclesiam, Patriam, remque litterariam supra laudes positi, memoriam aeternitate dignam, quantum mortalitas patitur, servat hoc monumentum.

Natus orbique a Deo concessus fuit Vir hic desideriorum Tubingae D. XII. Jul. An. MDCLXVIII. iterumque prohdolor ereptus D. XVI. Apr. MDCCXVII.

Luge Tubinga, Luge Familia Decus tuum et disce Hochstetteri tui solido exemplo, quod alta credere, alta patrare, alta in vita, immo

alta

alta post mortem, cum Servatore pati et altissima in cœlis consequi, hoc demum sit vere stare alto in loco.

53.

Den 21. Apr. 1793. starb der um hiesige hohe Schule bestverdiente Lehrer der Rechte, Carl Christ. Hofaker, aet. 44. Jahr. Hofacker.

Sein Angedenken zu verewigen, liessen Ihme seine dankbare Schüler als Monument einen abgestumpften Obelisck von weisem Marmor, der auf schwarzem Marmor ruht, oben mit einer Urne gleichfals von schwarzem Marmor sezen, um welchen folgende Innschrifften stehen:

Hofackern Seine Schviler.

1793.

Friede sey um dise Steette her.

Ach Sie haben einen edlen Mann begraben, — und uns war Er Mehr.

Sanfter Friede Gottes.

54.

In Stein. Ein Crucifix in der Mitte, auf beeden Seiten 2 Betende. v. Janowiz.

Eine Manns Person mit der Umschrifft:

Mein Sind rewen mich. und

Eine

Eine Frauens Person mit der Umschrifft:
Vf den Verdienst Christi stirb ich.

Zur seeligen Gedechtnuß des Edlen und Vesten, Wilhalm von Janowiz, genannt Behem, welcher Anno 1540. sich mit der edlen und tugendsam Junkfrau, Anna von Sachsenheim Eelich vermehlt, die Zeit ihres Lebens in diesem Jommerthal, bis und sie von Gott zur ewigen Frewden und Seeligkeit gnedigclich berufen, freundlich, friedlich und Christenlich mit einander gelebt haben rc. aufgericht.

A. 1553. Donnerstags den 23. Febr. bezalt obgenannte Frau Anna von Janowiz auf Erforderung unsers Herrn Jesu Christi die Schuld der Natur mit vestem Glauben und grosser Gedult.

A. 1562. den I Tag des Monats May verliesse auch diß zergengklich Wesen obgenannter Wilhalm von Janowiz, welchen baiden der Herr durch Christum einen erfreuichen Aufstand verleihen und ewiglich erfreuen wol. Amen.

55.

Auf Holz.

v. Katten. Praestrenuo atque nobilissimo Juveni, Dn. Ottoni Andreae Kattei, e Ducatu Bremensi oriundo, genere, morun probitate et ingenii celeritate nulli secundo; dum Tubingam ad majora natalibusque suis digna capessenda accedit, gravi statim morbo et paulo post immatura morte correpto, summo suorum et bonorum omnium

omnium dolore mater infelix ponendum curavit. Vixit Annos XX. obiit D. XIV. Jun. MDCLXV.

Sap. IV. Justus si matura morte obierit, in quiete futurus est, non enim, quae longaeva est senectus, honorata est, neque numero annorum multorum mensurata, sed prudentia hominibus est canities et vita immaculata est senilis aetas.

56.

Auf Holz; cum Effigie Defuncti.

Memoria aeternitati sacra Viri plurimum rever. atque Doctiss. Dom. M. Georgii Friderici Knebelii; gaudere illo cœpit inclyta Knebeliorum et Herzerorum familia D. VI. Sept. A. MDCXCIII et cum insita pietatis et eruditionis semina excoluissent seminaria Blabirense, Bebenhus. & Tubingense celeberrima, honoris semper virtutis comite, Ecclesia primum Göppingensis A. MDCCXXIV. primitias, dein A. MDCCXX VIII. Tubingensis, beati avi memoriam in nostro recolens, uberiores pietatis et eruditionis fructus perceperunt. Vin jam Lector, praedicata b. Diaconi, quaere illa in suspiriis et lacrimis Viduae mœstissimae, Sibillae Eleonorae, Godofredi Hoffmanni, Eccles. hujus nuper Antistitis Filiae, et filiolae unicae Eleonorae; habes eundem in animis auditorum superstitem, hoc autem scitote posteri, amavit Tubinga Virum, Eruditionis et amplae et solidae, sincerae Knebel.

rae

rae pietatis, orationis omnino forticordiae, Virum, inquam, Deo carum hominibusque. Deceſſit idem ea, quae filios Dei animat, animi affirmitate D. S. Jacobi XXVI. Jul. A. MDCCXXX. aet. XXXVI.

Leichen=Text: Rom. VIII, 16.

Dum fidos amat haec Eccleſia noſtra miniſtros,
Knebelii manes grata Tubinga colet.

57.

Auf Holz.

Herr nun läſſeſt du — für alle Völker.

Luc. II, 29. 31.

Koe-nig. Obiit A. Chriſti MDXC. IX. Die Martii integerrimus Vir, M. Joan. Köenig, inclytae Univerſ. Tubing. Syndicus fideliſſimus, in cujus perpetuam et honorificam memoriam hoc poſteritati monumentum reliquit Uxor, Regina Rieping, quae poſt eum vitam Deo reddidit A. D.

58.

Auf Marmor, mit einem Crucifix und Betenden, nebſt 14. Wappen.

v. Kotze Unſer Wandel iſt — des Herrn.

Phil. III, 20.

Generoſae ſtirpis Jacobus Kotze, Eques Sax. ingenio et virtute adeo admirabili XXVII. Quin.* natus, ut ſe ipſum et aetatem exſuperaret ſuam, occidit heic ſecutus matrem et ſororculam variolis exhauſtus, cum annum XVI. et II. Menſes et quatuordecem Dies transgreſſus

ſus fuiſſet, et quintam vidiſſet Academiam, quem nunc pietas, Minerva et patria cum parente, duobus fraterculis et quinque ſorores cum Muſis lugent triſtiſſime Sexto Nonarum VIIIbr. A. MDCVI. ademtum.

59.

Auf Stein mit dem Bildniß in Lebens-Größe. + wahrſcheinlich der nemliche mit dem vorhergehenden.

A. 1606. den 10. Octobris iſt der Edle und Veſte Jacob Kotze in Germers Leben und kl. Oeſchers-Leben ꝛc. im Herrn ſeeliglich entſchlafen und den 16. hernach hieher begraben, dem Gott gnad. v. Kotze

---

60.

Auf Stein auf dem Boden.

Nunc animam ſervat ſanctam Servator Olimpo,
terra tegit corpus, ſervet utrumque Deus.

D. O. M. S.

Piae memoriae Viri generoſi Dn. Joh. Ulrici Krafft, Ulmenſis, qui Anno Chriſti MDCLXXVI. D. X. Dec. natus, in pietate educatus, litteris probe ornatus, hic Tubingae et Argentorati ſtudiis et nobilibus exercitiis per quadriennium ſtrenue immoratus, tandem in fine ſtudiorum, Deo ſic volente, ad altiora, coeleſtem nempe Academiam et patriam A. MDCC. D. XXIV. Julii aetatis XXIV. vocatus eſt, cujus Anima in Dei, Corpus vero Terrae gremio in pace quieſcit. Krafft

---

61.

Auf Holz.

Kynig Anno Dni MDXXX. in vigilia St. Bartholomaei Ap̄li obiit honesta matrona, Agnes Stoefflerin, Uxor egregii viri, Johannis Kynig, Oetingensis, U. J. D. et Prof. Ordin. Tubing. et post eam obiit praenominatus D. Ann. Dni MDXXXIV. in Vigilia St. Mariae Magdalenae, quorum animae requiescant in P.

Hic sua devote sopivit membra Johannes
Kynig post vitae fata peracta probe.
Doctrina Juris virtuteque vixit in omni,
Consiliisque fori promtus, et eloquio
Firmus, ad haec certa fidei pietate, — proinde
jam sperata piis praemia participat.

Unten:

Hoc sita sub Saxo est Agnes, cognomine vero
Stoefflerin, ast animam continet alta quies.
Namque fides, probitas, nullius conscia foedi,
mens talem et tantam dicere sola queunt.
Exhibuit talem se Agnes virtutis amore,
monstravit facies, nuntia aperta boni.
Immo etiam vultu virtus pelluxit ab ipso,
ut merito sanctam dixerit omnis homo.
Nunc igitur vivat Superis gratissima et ipsa,
vitae perpetuae praemia sint utinam.

62.

Auf Marmor.

Langermann. Laurentius Langermann, natus Hamburgi A. MDCXXIV. XVI. Kal. May in magna exspecta-

ctatione Parentum, agnatorum, civium, magnorum praeceptorum Discipulus, quatuor academiarum civis, in ipsa maturitate judicii, aetatis, scientiarum, correptus Dysenteria Tubingae non studiorum, ut volebat, sed vitae cursum perfecit A. MDCXLIX. XVI. Kal. Sept. Filio optimo, pio, bene merenti turbato ordine mortalitatis fac. locar. Parentes infelicissimi.

Ubivis summum bonum.

Patria est, ubi morimur bene.

63.

Auf Marmor.

Sub Dia Monotriadis Tutela australe ad latus templi revicturos cineres deposuit sanctus et grandaevus senex, olim admirandae indolis puer Anno MDLXXVII. XVI. Febr. Bergae Pannon. natus D. Thomas Lansius, Juris Consultus, lucidum orbis docti oraculum, Europae post peregrinationes illustris Collegii Professor, Academiae Tubing. Visitator, Trium Wirt. Ducum Consiliarius meritissimus, inclytus, Susannae Schnepfiæ, improlis, Annae Mariae Caspariae, unius filiae partu foetae, conjux opt. et pater, cui optata immortalia jam tenenti A.MDCLVII. XXII. Dec. heic denato pietatis hoc monumentum Vidua, gener, virtutum memores, dicarunt, beatam revisionem apprecantes. Lansius.

64.

Auf Stein, † mit einem Crucifix und der Umschrifft:

Laubmaier. Christus ist mein Leben ꝛc. Phil. I.

Das Blut Jesu Christi ꝛc. 1 Joh. II.

A. Dni. MDCIV. den XIX Tag Augusti starb der Ehren Vöst und Hochgelehrte Herr, Andreas Laubmaier, beeden Rechten Doctor und bei der Universitæt alhier Professor ordinarius, wie auch Fürstl. Hofgerichts alhier Assessor;

hernach aber MDC   starb die Ehren- und Tugendreiche, seine liebe ehliche Hauß-Frau, Barbara, weil. des Ehren Vösten und Fürnemen Herrn, Hieronimi Reizen, hinderlassene ehliche Tochter, welchen beeden der Allmächtige zu seiner Zeit eine fröliche Auferstehung gnädiglich verleihen wölle. Amen.

65.

Auf Marmor.

Lauterbach. Sociata Christo anima, beatus D. Wolfgang Adam Lauterbach, JurisConsultus, A. MDCXVIII Die XXII. Decembr. Schlaiz Varisc. natus, regenitus, studiis imbutus pluribus in academia ea perfecit, Tubing. Professor lucem illis dedit, illustris Collegii Adsessor et Aul. Dicasta, Domus Würtemb. diu consiliarius, intimae tandem admissionis ac eccl. Consist. Director meritiss. Mariae Susannae Lansiae, Annae Julianae Hattingiae, ibi X. hic IV. Liberorum genitor, tum Annae Rosinae, Zellero Stiberiae, improlis,

lis, at ubique pius conjux, qui praestare caducis aeterna Loco, Stuttg. et Tubing. medio, Waldenbuchi A. MDCLXXVIII. Aug. XVIII. sensit, istic Socc. Uxx. et Libb. accubans, hanc memoriae tabulam merit. fama, Virtut. immortalis a Vidua F. F. et H. H. accepit laetus Austr. E. tumba revicturus.

66.

Auf Stein mit Wappen. †
Wie wird ein Jüngling — gehen?
Ps. 119, 9.

Alhier ruhet der weyl. Frey Reichs Wohl Edelgeborne und Gestrenge Herr, Albrecht von Lendersheim, auf Neu und Alten-Mur, welcher A. MDCXXXII. den XIII. Oct. Vormittags zwischen IX. und X. Uhr zu Onolzbach in dieses Jammerthal gebohren, den XVI. Aprilis aber A. MDCLIV. zwischen X. und XI. Uhr und also im XVII. Jahr seines Alters an den Kinds Blattern seeliglich in Christo alhier zu Tübingen entschlafen, dessen Seele Gott gnädig seye. v. Lendersheim.

67.

Auf Stein. Jehova oben auf einer Wolken, unten eine betende Frau, ein Baum und unter demselben ein Kind auf einem Kissen. v. Leutrum.

D. JM. S.

Maria Cleophe Leutrumia ab Ertingen, nobilis Matrona, XII. Decbr. fatis concedens A. MDLXIV. hic cum Margaritha, filiola dulcissi-

ma, XIV. Apr. ſubſecuta requieſcit. Joan. Sticcellus luctu plenus uxori et fil. chariſſ. hoc immortalitatis opus ex pietate conſecravit.

V. C. V.

68.

Auf Marmor.

v. Lindſchöld

Iſaaco Lindſchöld, Comiti de Stafffund, libero Baroni de Lindevad, Domini in Brewik, qui luſtrata primum Britannia de Galliis Germaniam adire juſſus Tubingae in fatalem morbum incidit et exſtinctus eſt A. ſeculi 86. aet. ſuae 16. Pater ipſius Ericus Lindſchöld, Sac. Reg. Majeſtatis Suec. Senator, Academiae Carolinae Cancellarius, ordinisque equeſtris in iſtius anni comitiis Mareſchallus, hoc monumentum e longinquo curavit poni, non vicem filii, in Chriſto beati ſibique ob virtutem et obſequia cariſſimi, ſed ſuam moerens, quod ſupremum officium, ab ejus pietate expectatum, ſibi nunc ordine inverſo prior exſolverit.

69.

Von Stein, mit Wappen und 2 Engeln, die eine Urne in der Mitte haben in einem eiſernen Gitter. †.

Lutkens.

Sta Viator, lege et luge!

Sub vicino, quem premis, lapide juxta oſſa patrui, Domini Lucae Lutkens, A. MDCLXXVII D. XI. Dec. pie defuncti, id, quod mortale habuit, etiam depoſuit, ritu honeſto humatus

pau-

paucorum annorum juvenis, judicio tamen et morum honeſtate ſenex, Johannes Caſpar Lutkens, qui Hamburgi D. XXIV. Dec. A. O. R. MDCXC. Patre, Gerhardo Lutkens, J. U. L. Matre, Catharina Muhlmannia, bene natus et educatus, melius vivere et in hoc muſarum domicilio animum litteris et jurisprudentia excolere ſtudens, longiore itaque vita dignus, optime tamen mortuus D. XXVIII. Maji MDCCXIII.

Lugent patria juvenem optimae ſpei, academia civem moribus ingenuis et nemini gravem, amici commilitonem, cunctis deſiderabilem; fratri cariſſimo hoc, quod ultimum eſt amoris munus, adfectionis et pietatis monumentum poſuit frater ſuperſtes Germanus unicus Petrus Lutkens.

70.

Auf Holz.

Ericus Antonius de Marquard,

bene natus Patre Viro illuſtri atque excell. Godhardo Joh. de Marquard, Jurisconſulto celeberr. Camerae imperialis Advocato et Procuratore, Principum et ſtatuum imperii ac Dynaſtarum multorum Conſiliario graviſſimo, factus ab ipſa natura ingenio, ad laudem conſequendam aptiſſimo, in quo indagandi ſolertiam, judicandi acumen, cognoſcendi facultatem promtiſſimi quique admirati ſenilem in juvene maturitatem laudabant; v. Marquard

bene vixit; pueritiam ipsam ne pueriliter transigeret, ita a litteris exorsus, ut juvenis id litteris decus esset, quod aliis litterae; cum ante annos sapere didicisset, jurisprudentiae severitatem elegantioris eruditionis humanitate mira temperaverat, moribusque doctrinam ornaverat, ut pietate Deo probaretur, placenti, non affectato artificio omnium, cum quibus erat, amore dignissimus haberetur,
bene mortuus XIII. Kal. Maji MDCCIII. cum XX. annos vivendo fecisset, febri, eo nomine maligna, quod bonum, eo nomine benigna, quod ad meliores sedes transtulit. Laudibus & luctu optimi patris, qui nihil in filio lugendum vidit aut speravit, nihil laudandum non speravit, plurima, antequam speraret, vidit; fratrum sororisque amantissimorum, fratrem se amisisse conquerentium, meritissimo suo decoratus, ut posteris in exemplum commendaretur, monumentum hoc rariorum dotium, qui nullum ex suavissimo affine, nisi quo nunc affligitur, dolorem coepit, uti amavit. ita amari se intellexit, gemens posuit sincerus et post fata cultor Georgius Nicolaus Appold, Consiliarius aulicus Onoldo Brandenburgicus.

71.

In Stein, mit einem Crucifix und 2 Betenden.

Anno Dni MDLXIX. den XX. Tag Augusti entschidt in Christo seeliglich der Edel und Vest, Wolf Dietrich Megezer von Feldorf, Ober Vogt zu Wild-

Megezer.

Wildperg, seines Alters XXXVII. Jahr, des Leib hie phrut unsers Seeligmachers Jesu Christi herrlichen grossen Tag zur Auverstentnus in das ewige Leben wartet.

72.

Auf Stein, mit 7. Wappen. ✝.

Monumentum hocce siet sacrum ac dicatum beatae memoriae generosissimi Domini Friderici Christophori ab et in Merlaw, a teneris studio pietatis, artibus liberalibus, linguis exercyti ac itineribus ita exculti, ut digne jam nobilis cubicularis officio Serenissimae Ducissae Sophiae Louisae, Baruthi fungeretur, plura de se promittentis majora; nati XXX Maii MDCLI. denati autem XXX. Jan. MDCLXXIX. aet. XVII. cujus ossa tumba in interiora clausa beata resurrectura. v. Merlaw, Friderich Christoph.

Ps. LXXIII, 25.

Herr, wann ich nur dich habe ꝛc.

73.

Auf Stein.

Per angusta ad augusta.

Hac conditur tumba Dom. Albertus Otto ab et in Merlaw, Equ. Hass. XVI. Febr. MDCXVI. natus, postea praefectus in Collegio illustri, pie denatus MDCLXXIX. D. VI. Nov. cui Deus det vitam aeternam. Juxta recubant ossa Conjugis, Felicitatis v. Lainingen. v. Merlaw, Albertus Otto.

74.

Auf Holz.

Tod, wo ist dein Stachel rc.

Siehe, das ist unser Gott rc. Es. IX, 9.

Der Tod ist verschlungen rc. 1 Cor. XV, 55.

Mög-ling. Hic J,an Möglingus thalamique Scholastica consors

Frizingera jacet, par sociale pium.

Undecimam Deus his postquam dedit ordine prolem,

tres è qua celebres Paeonis arte Viri,

Wilhelmus Tubarim, Reuttlingam Nicoleosque

et Nicri Daniel ornat utramque Scholam,

Qui pietatis amans chari juxta ossa parentis

huc charae matris condidit ossa suae.

A. MDLV. Mart. IX. verschied in Gott seelig der Ehrenhafft und achtbarer Joh. Mögling, Burger zu Tüwingen und hernach A. MDLXXXIII. Jul. VII. starb auch Christlich im Herrn die Erbar und Tugentsam Fraw Scholastica Frizingerin, seine ehliche Hauß Fraw, welchen beeden der Allmächtig, barmherzig Gott an seinem grossen Tag mit allen Auserwölten in Christo eine fröliche Auferstehung verleihen wolle. Amen.

1584.

75.

v. Mühl-bach. Auf Stein mit Wappen. †.

1677.

Ein schöner Bach entsprang zun drey beströmten Linden

der

der war gleich seinem Quell beliebt und ungemein,
Er wolt in frembder Welt bequemer Ufer finden,
und ließ den schlanken Strom bald bei den Belgen
seyn,
von dannen mußt er sich auch andertweit ergiessen,
sein Fliessen war beliebt in Flandern und Braband,
und als er endlich hie die Musen wolte griessen,
gieng dieser werthe Bach verloren in den Sand,
er mußt ins Paradis zum Lebenswasser eilen,
betracht sterblicher, hier seinen Lebenslauf;
mehr Nachricht kann dir dort der Leichenstein
ertheilen,
dein Lebensbach wird auch zu rinnen hören auf.

II. Sam. 14, 14.

Wir sterben des Todes ꝛc.

Ps. 91, 5.

Du lässest sie dahin fahren ꝛc.

Johann Christoph von Mühlbach.

Leipzig.

76.

Auf Stein. †.

Tibi, Uni Jesu.

Heus, Viator, hîc in urna proxima quiescit Müller.
haud invitus Dn. Vitus Müllerus, Bylnheimensis Francus, Philosophus quondam acutissimus, lat. graec. et Hebr. doctiss. Ducalis Stipendii Magister Domus per totos XXXVI. annos vigilantissimus, Vir bonus, prudens, laboriosus, inde a prima juventute varia sorte exercitus, tandem vitae satur pie defunctus A. C. MDCXXXVI. aet. vero LXVI.

77.

Auf Marmor mit Christi Himmelfart.

Graf zu Oetingen. Auf den Tod des Wohlgebornen Herrn, Herrn Gottfried des Jüngern, Grafen zu Oetingen † d. 23. Aug. A. C. MDXCVI. aet. XIV. J.

G. G. Z. O.

VIXIt et oCCVbVIt GotofrIDVs OthIngICa proLes,
Spes et DeLICIae RhaetIa LaVta tIbI.

Nascimur et morimur, nati cujuslibet instat
quaelibet occulto cuilibet hora necis.

78.

Auf Holz, cum Effigie Defuncti.

Ach Herr, bleibe bei uns — Abend werden Luc. 24.

Osiander, Andreas Cancell.

Sacrificium Deo gratum cor tribulatum.

J. C.

D. Andreae Osiandro, D. Lucae F. Sacrosanctae Theologiae Doctori, Plapyrae, Würtembergiae Oppido A. MDLXII. VII. Kal. Jun. nato, in quo ingenium divinum et promta, polita gravisque agendarum rerum dexteritas, eruditio multiplex ac singularis, scientia et praxis theologica praestans, docta supraque modum elegans facundia, morum integritas et suavitas, admiranda modestia atque humanitas erga omnes aperta cum summa in Deum religione et insigni meritorum in ecclesiam Christi magni-

tu-

tudine unâ ſociata vixere, qui cunctos ſacrorum officiorum gradus antea magna cum laude adeptus, Diaconus, Paſtor, Epiſcopus ſpecialis, generalis, Eccleſiaſtes, Abbas et Conſiliarius Würtembergicus, tandem Academiae Tubingenſis Profeſſor, Cancellarius et Eccleſiae hujus Praepoſitus delectus fuit, in omni officii genere fido, prudenti, alacri, theologo pio, tentato, probato, forti, magno, poſteaquam orbem Chriſtianum ſcriptorum geſtorumque ſuorum fama impleſſet, per tabiferum morbum placida et ſancta, o quam Eccleſiae et reipublicae acerba! morte A. MDCXVII. XI. Kal. Maji Tubingae denato. Uxor Barbara Hailandina, qua cum 33. Annis ſine ulla animi laeſura ſuaviter fructus eſt et Liberi ex 18 ſuperſtites 9. Marito et Patri, optime de ſe merito lamentabili et deſiderabili fletu P. C.

79.

Auf Holz cum Effigie Defuncti.

D. O. M. S.

Memoriae aeternae incomparabilis Viri, Joh. Adami Oſiandri, S. S. Theol. Doct. Controv. Profeſſ. Univerſ. Cancell. Eccleſ. Praepoſ. ſuis perinde atque avitis laudibus clari, meritis inclyti, is quidem ingenio, judicio, memoria magnus fuit et admirabilis, at nullibi major et admirabilior, quam in cathedra peroraret, fuerat, quique eſſe cœperat Vayhingae A. MDCXXII. III. Dec. Deſiit Tubingae A. MDCXCVII. Feſto

Oſiander, Joh. Adam Cancell.

Festo Simonis et Judae; in triplici vixit conjugio cum Anna Magdalena Scipperia, quod felix et prole foecundum, cum Anna Maria Behria, quod jucundum et vere secundum, cum Agatha Christiana Dreheria, quod breve et fatale fuit, in hoc enim exspiravit, sicque docere publice et vivere simul desiit. Non tamen vivere desiit in animis hominum, aeternitate temporum, fama rerum Vir tam praeclare meritus, dum vivit in cœlo triumphantis ecclesiae consors, qui militantis magna portio fuit.

Monumentum hoc debitae pietatis optimo Parenti posuerunt mœsti filii generique, Joh. Osiander, Ser. Würtemb. Ducis Consil. et Abbas Hirsavgiensis, Joh. Adamus Osiander, Med. D. et Prof. extraordinarius Joh. Wolfgangus Jaegerus, Eccl. Cathedr. Stutg. Antistes et Abbas Mulifontanus, Aegidius Adamus Ginkius, Seren. Oeting. Princ. Consiliarius, Tobias Meurerus, Ducalis Gymnasii Professor. A. MDCC. VIII. Oct.

80.

In Stein ein gewafneter Betender.

Anno Dni 1560. auf den 3. Novembris ist verschieden der Edel und Vest Heinrich von Osthaim, Erb Schenk, Burckvogt hie zu Tübingen geweßt, dem Gott ain frôliche Uferstehung verlyhe. Amen.

v. Osthaim.

Gedeon ab Osthaim, Filius Parenti suo charissimo hoc fieri curavit.

81.

Auf Stein mit Wappen. ✝

Stehe still, Wanderer!

seegne was unter deinem Fuß ruhet, die Asche eines Mannes, dessen Geburt und Rang durch Verstand, Wissenschafft, Erfarung, Treue gegen 5. Durchlauchtigste Regenten Wirtembergs, Verdienste um das Vatterland veredelt worden, den Carl, der Kenner des Verdiensts zu den höchsten Ehrenstellen erhoben hat, des Reichs-Frey-Hoch-Wohlgebornen Herrn, Johann Christophs Frey Herrn von Pflug, Herrn auf Strehla und Görzig ꝛc. Sr. Herzogl. Durchlaucht zu Wirtemberg geheimen Staats und Cabinets Ministers, des Herzoglichen Hofgerichts zu Tübingen Präsidenten, des Herzogl. Wirtembergischen grossen Jagd Ordens, wie auch des Johanniter Ordens Ritters Rel. Geboren zu Strehla den I. Mart. 1705. gestorben zu Tübingen den 22. Apr. 1772. Bey seinem Nahmen nennt das Herzogliche Hauß einen vieljährigen getreuen Diener, das Vatterland einen verdienstvollen Staats Mann, die Herzogliche Regierung und das H. Hofgericht einen würdigen Präsidenten, die hiesige hohe Schule einen Kenner und Beförderer der Gelehrsamkeit, jeder Rechtschaffene einen thätigen Menschen Freund, aber im innigsten Gefühl des Schmerzens mit thränenden Augen wird den Nahmen des zärtlichsten Gatten, Vatters, nennen eine Wittwe im Frühling ihrer Jahre Louisa Eberhardina Wilhelmina, geb. von v. Pflug.

von Bernerdin mit 3 Wapen. In ihre Thränen fliessen hier zusamen die Thränen von 5. Kindern der 1sten Ehe, 2 Tochtermännern, 4 Enkeln.

Hier ist der Zoll, den Pflug der Erde gab,
sein edelstes, den Geist mit Tugend und Verdiensten
mit Wissenschafften und mit Künsten
behält der Himmel, dekt kein Grab.

82.

Auf Holz cum Effigie.

I. CH. Sal. N. S.

Planer D. Andreae Planero von Plan, nobili a Thesino, Philosophiae et Medicinae Doctori, ac Utriusque in illustri Academia Tubing. per 30 annos Professori, suo tempore summo, et Doctorum omnium in Philosophia vera admirationem merito, Viro, vitae integritate ac morum probitate cunctis gratiss. in quo religio et fides cum admirabili doctrina certabant, quemque ob ejus praestantem in omni virtutum, literarum et officiorum genere animum mirari magis, quam laudare licet; magno totius Academiae et bonorum omnium desiderio IV. Cal. Septbr. MDCVI. cum vixisset annos LX. intra paucas horas vehement. heu dolor! ex oculis hominum, non ex memoria subrepto, Johann. Doctor Medicinae et Andreas F. F. Pientiss. ex XIV. adhuc cum Sorore unica, Anna Maria, superstites Libb. cum Petro Amolsdorff D. Wellern,

Jern, D. Medicinae, Genero, et matre Vidua Anna Maria Rvolandina acerbo in officio diligentes Patri optimo, Marito ſuaviſſimo uberibus cum lacrymis H. M. pro munere extremo P. P.

Virtuti ſtudeas, bona nec differto, viator!
Sic tua poſt cineres gloria major erit.

83.

Auf Stein, ✝.

D. O. M. S.

Exiguo ſub hoc lapide conditae ſunt exuviae Viri magni natalibus virtutibus: nimirum Viri perilluſtris atque generoſiſſ. Dom. Johannis Eberhardi Wilhelmi, L. B. Reiſchach de Reichenſtein, Dni in Nuſſdorf, Eberdingen et Rieth, Sereniſſimo Wirtembergiae Duci ab interioribus cubilis, Conſiliarii Ducalis Regiminis, Blabyrenſium, Münſingenſum et Steuſſlingenſium Satrapae longe ſplendidiſſimi, qui natus Stuttgardiae renatusque d. II. Sept. MDCXCIX. Reiſchachianae a majoribus acceptae Virtutis imitator, jam poſteris imitandus, univerſae ſpectabilis Europae ſectator, immortalis jam, poſthac eheu non ſectandus mortalibus, vix aetatis humanae dimidium emenſus, duplo digniſſimus, at perilluſtri propagine XII ſurculis adaucta, cœlo quidem VII. redditis, inter vivos adhuc o utinam diutiſſime! V relictis, inexorabile fatum paſſus d. XVIII. Jul. MDCCXLIX. Evanuit eheu ſingulare Decus patriae, Reiſcha- v. Reiſchach

 chia-

chianae familiae praefulgens sidus, conjuge in inexstincto luctu relicta * unnus dignus, academiae Tubiae amator et ornamentum, quid multis! indelebile omnium desiderium.

84.

Auf Marmor mit 15. Wappen.

v. Reusco. Epitaphium nobilitate generis et virtute egregii Juvenis Joannis Reusco, Steurensis Austrii Sexto Maji A. MDCXVII. Tubingae denati.

Hac ego Reuscaea genitus de stirpe Joannes
lustra videns vitae bis duo, condor humo.
Patre Joanne satus, Catharina matre, mihi ortum
Austria Steura dedit, Sueva Tubinga obitum.
Nunc fruor intuitu Christi Patris incola coeli,
dum rursus carnis restituatur honos.

85.

Auf Holz, mit Crucifix und einem gewafneten Betenden.

Rohr. Anno Domini MDLXXXIV. d. XVII. Septembris ist der Edel und Ernvest Bernhard Rohr, Churfürstlicher Brandenburgischer Hauptmann, uff Zigeser und Fürstlicher Lignizischer Marschalkh seeliglich im Herrn entschlafen, gleich unter der Vestung Hohentwiel; welches Leichnam hieher gefiert und hieunden ehrlich zuer Erden bestattet ist worden den zweintzigsten Septembris, dem Gott mit allen Christglaubigen ain froliche Ufferstehung verleihen wolle. Amen.

MDXCII.

86.

Auf Stein mit Wappen. ✝

Jes. Univ. Redemt. Dicat.

Istoc terrestri sub monumento Semisaeculare par conjugum Seniles corporum suorum exuvias, beatis cum animabus gloriose tandem reduniendas tantisper quiescere jussit Johannes Ulricus Rummelin et Margaretha Heerbrandin, ille Tubingae X. Aug. MDLXXXII natus, dein utriusque Juris Doctor, mox geminam supra Professionem in Collegio illustri et Academia Tubingensi Serenissimi Würtembergiae Duc. supremo in aulae Dicasterio Consiliarius et Assessor, ordinum item provincialium Consultor, MDCLX. denatus; Ista Stuttgardiae XV. Decembris MDLXXXIV. nata, castissima Saeculi ultra quadrantem virgo, fidelissima supra Saeculi medium uxor, dulcissima laborum mariti solatrix, faustissima liberorum mater, Tubingae X. Decembr. MDCLXII. denata. Rümmelin.

Hinc ambo laetam sperant resurrectionem.
Benedic ossibus, Lector, et sequi para.

87.

Auf Stein. ✝

Quanquam mortali decessi corpore, vita
aeterna in Christo non minus ipse fruor. Schek David

Anno post natum Christum, Salvatorem nostrum MDLXXVI. Die XIV. Octobris obiit diem suum pie animam suam Deo commendans Vir eximius, David Schegkius, D. J. U. et Consilia-

liarius Ducalis, Superſtitibus conjuge cum V liberis et ambobus parentibus, qui hoc ei monumentum pietatis ergo poſuerunt.

88.

Auf Marmor, mit Crucifix und 2 Betenden.

D. M. S.

Schek Jacobus. Jacobo Schegkio, Schorndorff. Philologo, Philoſopho et Medico, cujus in omni genere ſcientiarum exquiſita eruditio, ſingularis induſtria, infinitae lectionis praeſtantia, multiplex linguarum ſcientia pari comitate Doctorum omnium bonorumque laudem et admirationem meruit; Marito dulciſſ. et bene merent. Uxor Corona moerens pietatis C. P. C. Obiit A. MDLXXXVII. IX Mai natus Anno XI. profeſto Pentecoſtes.

89.

Auf Stein. ✝.

Schek Jacobus Bernhard. A. Dni MDLXXXI. menſis Junii Die Septimo obiit diem ſuum Jacobus Bernhardus Schegkius, Medicinae et Philoſophiae Studioſus, Anno aetatis ſuae XXIII. commendans piis precibus animam ſuam Deo et Servatori Domino Jeſu Chriſto, cui parentes vivi, utrisque filiis orbati, hoc monumentum poſuerunt pietatis ergo.

Inveni portum, ſpes et fortuna valete,
eſt Chriſtus portus, vita Salusque mea.

90.

90.

Ein Mann in Lebens-Grösse in Stein gehauen, dem eine Schlange durch einen Schenkel und beede Ohren kriecht. v. Schleuniz.

Wolfgang von Schleuniz
def. A. MDXVIII.

91.

Auf Holz mit Bildniß und Wappen.

Dannoch bleib ich stets — mit Ehren an.
Ps. 73.

Nach erstandenem langwührigem Lager seynd in ihrem Erlöser seelig entschlafen alhie zu Tübingen Schmalcalder.

